

Clarissimo ac prudētissimo uiro/Antonio koburger Ciui Nurmbergēsi. Ioannes de Amorbach Basiliēsis ciuis: S. p. d.

Si incredibilis mihi uirtus tua qua cæteris omnib⁹ antecellis ciuib⁹: ex mutua inter nos consuetudine clarissim⁹ q̄ mo- rum & uitæ tuæ argumentis perspecta minime foret: potuissē tamen ex accuratissimis latino charactere exculptis uo- luminibus/animi tui p̄obitatem consequi: At ob hoc te uirum/ non modo non improbū/ sed & integerrimū atq̄ iustissimū contemplari. Equidem si beneficiorū tuorum in christianā ipsam religionē æstimationē facio: te illius studiosissimū esse arbitror amatorem. Imprimis etenim libros non obscenos/ non ludicros nec facetiarū plenos: Verum pudicos & gra- uissimis sententijs refertos: non mēdolos/ sed castigatos atq̄ cōsummatos: Deniq̄ non nouos/ aut inuentorū ipsorū no- minibus orbatos: sed uetustos & a clarissimis atq̄ sanctissimis fidei nostræ indagatorib⁹ & inuētos & æditos. Qui ut in lucem reuocarent ad hos ipsos imprimēdos/ abs te permultis demādata est prouincia. Et profecto ita se res habet/ ut nec Hugo theologus Cardinalisq̄ dignissim⁹ infimū illorū teneat locum: quando is & ueterem & nouam legem/ tum histo- rico/ tum mystico sensibus exactissima diligētia adeo sit interpretatus: ut nec quippiam in expositum modo reliquit/ sed modo plura/ etiam ab alijs prætermissa addidit. Extant multifaria etiam quæ ad concionandum atq̄ exhortādum po- pulum christianū accommodatissima sunt illic adiecta. Quare uirorū accuratissime/ egregiā nauasse uisus es operam: q̄ sa- pientissimi Cardinalis uolumina/ tot & tanta per uniuersam illam Germaniam percontata e multis & diuersis hincinde bibliothecis grandissima impēsa comportasti: ne nobilissim⁹ ille thesaurus passim disperfus/ longius in tenebris uersaret. Nisi n̄ uero tu solus ipse tātū aris/ deinde uero operæ impertit⁹ esses: uix ali⁹ sagacior cogitasset tam amplissimū Hugo- nis opus/ in lucē æditū iri. Quo tuo instituto/ qd meli⁹/ qd honesti⁹/ qd beati⁹ fieri unq̄ potuit: nemo ē q̄ nesciat. Siquidē ex hoc tuo officio/ partes librorū quæ locorum interuallis seiunctæ/ in ordinem unū redigentur: utriusq̄ instrumenti ple- na perfectaq̄ extabit interpretatio. Lex præterea uetus clarescet/ at noua deniq̄ cunctis mortalib⁹ innotescet: Christi re- ligio nunc demū aperta solidissima futura est. Adde iam etiam multa quæ doctos & quæ uirtute præstantes latuere: nūc uulgo palam fient: quando Clerus nedum ipse doctior & quiuis gymnosophista acutior: Verū deo etiam deuoti ardēt⁹ inflamment: Ut deniq̄ ecclesia ipsa catholica moribus/ disciplinis & uirtutibus omnibus uberrimos indies fructus est pceptura. Quo fit Antoni Clarissime/ ut christū optimū/ maximū/ adeousq̄ conciliabis/ ut te/ etiam omēs necessarios & charissimos liberos tuos cœlesti paradiso cōdonabit. ¶ At ob hoc alterū esse uideo/ q̄ me ad laboriosissimū illud onus hortatus es: quo & Hugonis nostræ uolumen imprimendū putem. Cum igi⁹ catholicos atq̄ imprimis ueteres ipsos scri- ptores quos ecclesiæ arbitrabar futuro emolimento: hos in lucem ædere mirum me desiderū tenebat/ tenet/ semp̄ quoq̄ tenebit: Eo fit ut haud mediocri possum exilire gaudio: Hugonem & opera mea & industria uti persuasisti in lucem pro- dire posse: quando nulla de spe decidam/ quin a summo illo ipso maximo creatore munus haud mediocre sim adeptur⁹. Nouit is ingeniū: nouit & naturā ipsam/ qua me nō meis/ sed suis pot⁹ dedicauit: q̄ non tam meū quæstū q̄ suū diuinū cultū quærere solit⁹ sum. Et si qd hortaris p̄grauē/ durū/ difficile factūq̄ incredibile sit: Attamē ei⁹ q̄ oīa nouit ope frat⁹ accingā me operi & acruatā interpretationē aggrediar imprimēdā: Sperās nimirū illi nostro officiosissimo negotio præ- stāssimoz cōsilia mime defutura. Vale uiroz: obseruatissime. Ex Basilea. IIII. Cal. Nouēbris. M. CCCC. XCVIII.

Ioannes de Amorbach ad lectorem

Scio te haud parum admirari candide lector: cum in hac operis nostri exaratiōe/ uarios multosq̄ introspereris caracte- res: sig. aq̄ & notas non usq̄ quaq̄ forte omnibus aliunde cognitās: Qua ut te leuemus ambiguitate/ dabimus operā.

Quattuor esse modos siue sensus sacram exponendi scripturā/ reor te haud ignorare: Historicū uidelicet siue litteralē/ primo: per quem res gesta ad litterā recitat. Est deinde allegoricus: per quem alius ex alio sumit intellectus/ diciturq̄ my- stica uel interpretatiua locutio. Tertio ē sensus tropologicus/ id est moralis: per quē mores ornant/ & dicit sermo conuer- siuus. Quartus est anagogicus/ ab ana qd sursum significat: per quem ad cœlestia ascendim⁹: Et de ipsis tractatū habe- mus. His quattuor modis: quasi quattuor rotis diuina scriptura tota reuoluit. ¶ Auctōr autē huius opis postillando bi- bliam: nō singula capitula omnibus his exponit sensibus: sed aliqua dūtaxat uno: pluraq̄ pluribus interpretat intellectū cie siue aspectu folij/ siue uno siue plurib⁹ text⁹ exponat sensib⁹: tantū tamē semp̄ de postilla/ quātū de textu ipso reposui- mus. Et si quādo uno solo text⁹ exponit sensū/ nullū speciale cōperies signū: eo q̄ text⁹ & expositio consequenter de late- re folij un⁹ in aliud lat⁹ cōtinuent. Sin uero plurib⁹ exponit sensib⁹: diligēt⁹ aduertendū est/ In cōtinuatiōe sensus hi- storici siue litteralis: tale ¶ apponi signum: cum uerbo uidelicet in quo talis sensus in alio latere folij cum eodem ¶ signo continuatur. Porro ubi sensus allegorici denotat cōtinuatio: talem ¶ lector comperies notam: & ea quidem pariformi- ter/ cum uerbi in quo talis sensus in alio folij latere continuatur repetitione. ¶ si mysticus continuandus ueniat sensus: huiusmodi haud dubio comperies ¶ signum: & id quidem similiter ut prædiximus cum uerbo cōtinuatiōis in alio late- re æquali signo ¶ notato. Postremo si quādo tropologicā siue moralē auctōr cōperit fecisse expositionem: talem offen- des ¶ indicem: denuo cū uerbo in quo idem sensus in alio folij latere cū cōsimilis signi ¶ repetitione.

Nec id te lateat uelism/ q̄ si quādoq̄ eueniat aliquā cōcordatiā siue auctōritatē sumptam ex biblia/ decretoz libro/ aut alijs auctōrib⁹ poni in loco ubi simul text⁹ & apparat⁹ cōcurrūt: si tūc ante talem cōcordatiā siue auctōritatem cōperit huiusmodi signū ¶: scito illā cōcordatiā ad apparatū spectare. Sin uero nullū appositū cōcordatiæ fuerit signū: ipsam ad textū p̄tinere nō diffides: Nisi quādo text⁹ hui⁹ nostræ bibliae/ ab alijs cōmunib⁹ biblijs discrepet: tūc etenim cōsimile ¶ signum circa uerbū in textu discordās: & cōsimile in margine cū hac adiectiōe AP ¶ positum reperitur.

Nec demū illud notatu indignū reputaueris: auctōrē uidelicet nostrū ad probādū sua dicta plarūq̄ auctōritatē siue cō- sonatiā ex capitulis bibliae allegare: Verū ut sciaē an talis auctōritas in principio/ medio/ siue fine allegati capituli sit cō- peribilis: Nos ut prompt⁹ & propemodū ad manū hac singillatim inueniri possint: ut plurimū circa eādē auctōritatē si- ue cōcordatiā aliquā apposui⁹ alphabeti litterā/ ab a usq̄ g: & nō ultra progrediēdo: prout ex maiorib⁹ cōcordatijs cir- ca eandē litterarū positionē haud grauatim instrui mur. ¶ si cōtingat (ut sæpe) duas inueniri eodē in loco litteras: facile erit intelligēdū: primā quidē litterā ad cōcordatiā siue auctōritatē allegatā p̄tinere: sequentē uero esse notam siue indicem dictionis textus siue sententiæ exponēdæ/ quæ eam sequit. ¶ His quidē summarijs nostris traditiōib⁹ / lector amicissi- m: leuiter breuiterq̄ edoceri: ut tu te/ nullo etiam aliter docente: toti⁹ huius operis & annotatiōis litterarū signorumq̄ callere possis intelligentiā. Proinde tu nostro fauebis labori lamq̄ Valeto.